





PETRI
APON.
DE
VENENIS
1550






















LIBELLVS

SANE AVREVS, PRÆSTAN=
tiß. ac Præclariß. Petri Aponensis
Medici & Philosophi.

DE VENENIS.

NVNC POSTREMO RECOGNI=
tus suæq; integritati restitutus.





VENETIIS apud Ioan. Gryphium.
M D L.

PREFATIO DRYANDRI IN EVNDEM LIBRVM

qua theologus quidam ad futurum Concilium, Mantuæ celebrandum, concessurus, quomodo uenena cōmo de præcaueat, monetur.

ORNATISSIMO VIRO N. IO. DRYANDER. S. D. P.



VI hactenus de Venenis scripta reliquerunt medici, non alio q̃ iuuandi studio scripsisse sua constat. Nec æquum enim esse puto, quæ obsint potius q̃ quæ prosint posteritati commēdare. Plectendos etiam capite, ratio ipsa monet, si qui medicinæ loco uenena scripto diuulgarint. uerum aliam instituti apud medicos esse rationem, quis non uidet? Vt enim apud Iurisperitos dici solet, Ex malis moribus leges bonas esse promulgatas, ita perditorum quorundam hominum μισανθρωπία medicorum doctissima exercuit ingenia, adeoq; de uenenis, qua ratione caueantur, & propinata ne offendant, scribere compulit. Sic Galenus, sic Auicenna, sic Dioscorides, sic quiq; probatissimi autores medici, non grauatim inter cætera medicinæ sua opera, et uenenorum tractationē interponūt. Nec eos, qui peccare medicos, q. uenena prodant, satiusq; esse in uni-

uersum,ab hoc scribendi generi supersedere, quàm κακούργοις quibusdam hominibus tela occidendi commõstrare,calumniantur, audiendos esse puto. Cum nullum unquam in uita hominum tam recte institutũ sit negocium,quin si maleuolus accedat animus, ad abusum rapi queat: Tollendus e medio erit ignis,aqua,uinum, omniaq́; genera armorum,& quid non? quod abutendi malitia,et in uenenum præsentissimũ transformare queat, Sic & ea simplicia,uenenorum nomine inscripta, non sui,sed abutentium natura, esse uenena constat,ad medicinæ etenim speculationem,siue tractationem,relata,omnia prodesse,obesse nihil constat. In loco enim si utamur rebus à Deo creatis, uerũ esse quod in Genesi dicit Moyses,omnia propter hominem esse creata:& omnia creata esse bona, conuincitur. Hæc hactenus propter quorundam corruptum iudicium præfari,non incommode uisum est, qui præter rationem,bonum una cum malo tollendum esse statuunt quidam:nos secus,iudicio rẽ fieri optamus. Neque eos dignos uita,qui uitam ueneno tollunt, esse puto,qui hoc proposito scopo, uenena describunt,aut artem suam exercent,non ut prosint, sed obsint, in hos qui nõ publice animaduerti æquum esse putet? Quod supprimuntur autem perdendorum hominũ tormentis coacta fateri ueneficia, non improbandum esse puto,quod ut sumus homines,ad mala quàm ad bona procliues magis,quædam non sine malorum mala imitatione,prodi queant. Libuit hic ex Galeno referre historiam qua colligimus olim mirum fuisse studium occul

tandi

tandi ea, quæ uitæ hominum ueneficia obesse poterăt. Sic, inquit, Venenatis adnumerantur huiuscemodi pleraque, quæ per uenas siue ad uentriculum, siue intestina sanguinis efficiunt purgationem. At id genus medicaminum nomina, non sane, si exquisite nouerim, unquam tamen scriptis manifestarem. Cæterum istuc solum referre decreui, quod in Thracum Bithynide, nobis tum pueris contigit. Galenus.

Reperit nimirum homo quispiam herbam eiusmodi, ut quisquis hanc sibi applicasset, sanguinem excerneret, atque hoc pacto interierit. Compluribus itaque pari ratione mortem obeuntibus, dum sedulo ad facinus scrutandum satageretur: inuentus tandem ueneficus est, & ad populi præsidem ductus. Porro certum erat præsidi non hunc modo e medio auferre, uerum etiam, alius si quisquam aut hunc docuisset, aut hoc edoctus fuisset. At iste didicisse herbam a nemine fassus est: sed gestasse quondam in suburbium iecur suillum atque id uentre admoto, reposuisse secus herbam, dum autem illud iterum leuasset conspexisse ex uniuerso iecinore, in herbam promanantem cruentam saniem, hincq; coniectura assecutum, uero scilicet consentaneũ esse, hanc herbam sanguinem detrahere, porrexisse, sed enim experiundi nomine cuidam e superuenientibus hominibus: cum autem iuxta ac sperant offendisset, innoxam reliquum usurpasse: Verumetiã neq; alteri cuiquam homini se herbam ostendisse affirmabat. Hæc inquam uenenator ille tormentis ualẽtissime adactus confessus est. Historia Galeni.

Tum præſes eius gentis ex relatione (ſiquidem in genti copia hanc pasſim naſci aſſerebat) obuolutum oculos, necandum produci mandauit, necui interea ui delicet hanc indicaret. Ergo plura, o optime, inuẽtum iri medicamina, quæ facultatem eiuſmodi obtineant, ut uel ab initio ſanguinem ſtatim detrahant, conueniet.

Verum enimuero reticeri hæc conſultum fuerit, perinde ac cætera quoque uenenata, a nemine mentis compote producuntur. Quod autem non defuerint, qui erga horum doctrinam tam extiterint præpoſte re largi, ut uel prodigioſam quandã oſtenderint Ve nerem, atque ſingulorum uenenatorum deſcripſerint conſtructionem: nõ hi reuera in albo prudentium de prehendentur, quemadmodum ne uos quidem ſi ex no bis ſciſcitemini, quænam ſint pharmaca, quæ ſangui= nem ciant. Hactenus Galenus. uerum quid facias, ut eſt corruptum hoc maxime ſeculum. Repertæ ſunt artes, quibus inopinato inter gratiſsimos & cibos & potus, quo plus ſit periculi, propinantur mortis acu= lei. Cui malo quæ natio, longis retro ſeculis magis in dulſerit, nouimus omnes, quantũ ingenii, quãtum ſum ptus ad perdendum collocarint, nonnullis ſuo etiam incommodo eſt notum. Contra hos ut muniamur re= ctius, cum ex inſidijs, non aperto marte adoriuntur, non ſolum hoſtem, ſed amiciſsimum quenque, multum referre putabã. Si ex medicorum, qui de uenenis ſcri= bunt libris, petantur recta conſilia. Ex ijs autem, qui recentiori hoc noſtro uixerunt ſeculo, autoribus me= dicis, num quis ſit qui rectius uenena prodat, atque eo

run=

rundem curam medicam proponat, hoc uno Petro de Abano, scio neminem, partim q̧ ingenium erat homini, ad medica perquirenda acerrimum, partim q̧ in eo regionis loco uersatum esse autorem constat, ubi tam uenenorum q̃ pharmacorum non contemnendus erat usus. Hunc itaque librum humanissime N. si diligenti lectione familiarem tibi feceris, proculdubio non est, q̧ neque Mantuæ, neque usٚpiam locorum ueneni periculum quoquo modo suspiceris. Vale. Datum Marpurgi, tertio Idus Martii. Anno. 1537.

DE PETRO APPONIO.

Petrus Apponius, ille est, quem Conciliatorem uocant uulgo, theoricus medicus, sed plane doctissimus & acutissimus, Bononiæ docuit & decessit fere octogenarius. Tanta fuit eius celebritas, ut uocatus ad ægrotos, non minoris conduci se pateretur, (idq́; extra urbem) q̃ quinquaginta florenis in singulos dies. Vocatus ab Honorio Pontifice quarto, centum statui sibi paciscebatur: sed cum sanitatem ille recuperasset, mille donatus fuit.

Tabula

TABVLA CAPITVM TRACTAtus Petri de Abano de remediis Venenorum.

De anda=

REINHARDVS ADAMARIVS LECTORI. S.

Vt neque fictilibus, neque cum uetus ardet in auro
Setinum lato, mista uenena bibas.
Nobilis hæc medici præsentia pharmaca Petri
Arripe sic oberunt nulla aconita tibi.
Non fungi, scoriæ, tithymali, strychna, cerussæ,
Scorpio, Cantharides, bufo, rubeta, draco:
Nec Scytale, Prester, Seps, Hydra, Chelydrus, Ophites,
Damna tibi facient morsibus ulla suis.
Pontica ter uicti celebras medicamina regis,
Omnibus attolles hæc potiora modis.

Prologus

PROLOGVS.



ANCTISS. in Christo patri et domino dño Xysto, diuina prouidẽtia summo Põtifici, Petrus de Abano minimus medicorũ. Cũ deuotiõe præsens scriptum, tam uestræ petitioni q̃ pro debiti solutione afferre iuxta posse obedire propono: ut sanctitati uestræ, tum ad profectum corporis, tum ad scibilia coaugenda, tractatum utilem non minus q̃ breuem de Venenis inscribam.

Primo siquidem, diuisionem faciam de uenenis. Sunt enim nobis magis nota, quæcunq; per partes diuidunt quoddam totum.

Libri argumentum & diuisio.

Secundo, unumquodque diuisionis membrum resoluam hinc ad terminum singularem. Sic. n. cuiusque rei scientia completur, a generalissimis ad specialissima descendendo.

Tertio, describam modum, secundum quem uenenum mortificat, et nocumentum inducit humano corpori proximatum. Inde naturam notitia curationis in arte medicinæ uenatur.

Quarto, sermonẽ faciã de præcustodia, et cautela: ne aut uenena propinentur: aut si propinata sint,

non noceant. Præcustoditiua enim, ars est curatiuam excusans.

Quinto, signa ponam, & curas, ad quodcunque uenenum assumptum, & ad eius nocumenta introducta.

Sexto & ultimo, uirtutes bezoarticas (.i. a morte liberantes occulta uirtute potius, & diuina, quam complexione uel natura) ad quodque uenenum describam: Et cum hoc soluens quæstiones duas difficiles ualde: Quarum prima erit theriaca magna, utrum theriaca sit alicui ueneno bezoar uel medicina. Et secunda erit, utrum uenenum aliquod possit ad certum tempus taliter exhiberi, quod ex eo quis ad illud tempus moriatur, et non ante.

Quæstiones duæ.

De diuisione uenenorum. Cap. I.

Quia uenenum oppositum est cibo nostri corporis: ideo sicut cibus efficitur pars nostri corporis, et se totum assimilat parti nutritæ, uicem tenens partis dissolutæ: ita uenenum, nostrum corpus seu partem, cui approximauit, ad suiipsius uenenosam naturam totum trahit, et conuertit: & denique assimilat sibiipsum, adeo ut sicut animalia e terra nascentia quorum natura cibos conuertit in speciem nutritorum, a nobis comesta, in nostrum alimentum conuertuntur, & speciem: Ita quæcunque corpora ueneno sunt iuncta, si comedantur a nobis, transeuntia faciunt nostra corpora in uenenum, quoniam omne agens præstantius est patiente: sic nostra substantia per modum passiui transit ad præsentiam ueneni: quod se habet per modum actiui in ueneno, sicut palea subiecta igni, transit in ignem: Est enim ignis totus actiuus ad paleam. Quare

Actiuum fortius suo passiuo.

re sapientes medicorum uenenum dixerunt esse de genere rerum interficientium complexionem & compositionem: & interdum inducentium solutionem continuitatis: ita ut ægritudines, quæ ex uenenis accidūt, sint de generibus communibus, & non proprijs. Diuiditur autem uenenum tribus modis. Nam uno modo consideratur, prout fit diuisio generis in species. & secundum hoc dixerunt Auicēna & Auerrois: q; uenenorum aliud est de minera: aliud de uegetalibus aliud de animalibus.

Diuisio uen.

De minera quidem est, ut quæcunque sub terra generata perniciosam habent naturam: ut argentum uiuum, & gypsum & æs: et quidam lapides, ut magnes, & lapis armenius non lotus, & plumbum ustum, & arsenicum, & realgar, & cerusa plumbi: & de multis alijs: de quibus infra in speciali dicetur.

Venenū de minera qd.

De uegetabilibus uero sunt, quæcūq; plātarum cōtrarijssimæ sunt naturæ cibali, ut aptæ natæ non sint ad nutriti speciem conuerti: sed potius sunt prompta conuertere: ut elleborus, et turbith nigrum, napellus, & gūmi napelli, et fungi quidam, et tubera: et uiduā faciens & mezereon, et oleander, et apiū risus, etc.

Ve. de uegetabilibus.

De animalibus autem, uenenosa sunt omnia, quorum natura longissime distat ab humana complexione aut opposita & inimica est speciei: qualia sunt serpentes, & dracones, & thiri, et uiperæ, & lepus marinus, & carnes assatæ & statim suffocatæ, et pisces frigidi, & morticinæ carnes, & etiā putridæ, et quæ a fulgure sunt percussa & mortua, et quæcunq; sunt

Ven. de aïa lib. sumpta.

patiẽtia rabiẽ, et multa quæ infra in ſpeciali dicẽtur.

Alia diuiſio ueneni quo ad nos.

Secundo modo conſideratur uenenum relatum ad nos: & ſecundum hoc dixerũt, Venenum aliud eſt aſſumptũ intra corpus: & aliud extra. Quod uero eſt aſſumptum intus, eſt de genere potionum pernicioſarum, datum ſub ſpecie cibi, uel potus, uel medicinæ. Et hoc eſt, quod plurimum fit: a quo reges, & prælati, & ocioſi cauere debent. Quod uero extra eſt, dicitur reptilium morſus: ſicut cum uiſu, aut auditu, aut guſtu, aut tactu, aut odoratu, ſentitur uenenum. Viſu quidem, ſicut uenenat baſiliſcus. Auditu, ſicut uenenat ſerpens quidam in nubia, qui eſt corpulentiæ duarum palmarum, acutum habeus caput, uiridis exiſtens coloris, qui regulus uocatur: ſibilando enim aues, & animalia eum audientia interimit. Guſtu quoque, ſicut aſpis ſurda, quæ ſputo ſuo, quos tangit, interficit: & thirus, quos mordet, & uipera perimit. Tactu uero, ſicut ſerpens, quem miles (de quo Auicenna dicit) interfecit lancea: & ex contactu lanceæ: manus militis, & totum corpus fuerunt mortificata: & ſicut piſcis quidam, qui ſtupefactor uocatur: de quo Galenus dicit, ꝙ cum intrat rete, piſcatoris manus & brachia ſtupefiunt, intantum ꝙ inſenſibiles efficiuntur. Odoratu uero, ſicut quidam fungi pernicioſi, de quibus dicit Raſis, quod cum euelluntur a terra, & odorati interficiunt odorantem.

Ven. aſſumptum in corpus noſtrum

Ven. ab extra corpus.

Ve. uiſu nocens.

Auditu.

Ven. guſtu interimens.

Tactu.

Ve. odoratu

Alia diuiſio ueneni quantũ ad ſpecificã differẽtiã

Tertio modo conſideratur uenenum, quantum ad ſpecificam differentiam, qua differunt ſpecies a ſpecie: & ſecundum hoc, dixerunt omnes medici et philoſo-

phi

phi naturales, quod uenenum, aliud est, quod facit operationem suam a qualitate sua, siue a complexione: & aliud, quod facit hoc idem per uirtutem fluentem a tota specie: quod medici formam specificam uocant: quod nihil aliud est, nisi meritum, quod unumquodque compositum ex quatuor elementis, secundum maiorem & minorem proportionem ipsorum elementorum, in cõposito sortitur et meretur breue ab influentibus stellis fixis, quæ species inferiorum compositorum respiciunt, & prout ipsorum materiæ aptæ fluunt, iuxta illud: Virtutes stellarum uehuntur inferius, medianti bus lineis pyramidalibus & rectis, quæ in lumine ipsarum stellarum firmantur, quod lumen per lineas diuersas uectũ de stellis depertiat uirtutes specificas, quas derelinquit in compositis, secundum quod componẽtia meruerunt. Et hoc est, quod recte Auicenna dicit in canone: quod talis forma specifica aduenit rebus, post primam complexionem elementorum in composito. Et quia ignoramus in æternum quantitates & pondera elementorum in compositis: ideo tales formas specificas, aduenientes iuxta meritum talis & talis proportionis, in compositis necesse est ignorare: neque de ipsis plus scire possumus, nisi quantum præbet hominũ experientia: & propterea in talibus plus conferunt experti, quàm rationales medici: sicut bene in proœmio metaphysicæ Aristoteles dicit: Venenum ergo, quod a qualitate sola facit operationem, uariatur secundũ diuersitatem qualitatum. Nam aliud calidum, aliud frigidum, aliud siccum, aliud humidum. Calidum quidem duobus

Specifica forma quæ.

Ven. secũdũ qualitatẽ cõsiderata.

Ven. calidũ

quõ corrum pat.

duobus modis interficit: quia aut calefaciendo corrodit interius aſſumptum uſque ad cor, & extra appoſitum uſque ad medullam oßis: & ſic interficit ſoluendo cõtinuum, quale eſt lepus marinus. Aut calefaciendo inflammat, & intus exteriusq; ad cor: & ſic interficit ſubſtantiam cordis ſuperflue inflammando: ſicut euphorbium & elleborus. Frigidum uenenum ſimiliter interficit duobus modis. ſ. aut ſtupefaciendo propter maximam eius frigiditatem, uſque cor reddatur immobile: & hoc eſt tale, quale eſt opium: aut opilando uias anhelitus, & claudendo, ita, q, quaſi anhelare non poſſunt, & uſque ad cor aufertur anhelitus: & hoc tale, quale eſt plumbum uſtum. Siccum uero uenenum interficit duobus modis. ſ. aut conſumendo humidum ſanguinem cordis, & quaſi in cruſtam conuertendo: & hoc tale eſt, quale eſt calx non extincta, et colcotar. Aut ſeparando partem a parte, donec omnia membra uſque ad cor, & in minimas partes non liquefiant, ſed ſoluẽtur: & hoc facit tale, quale eſt realgar. Humidum uero uenenum, dicũt quidam non inueniri: quoniam non aſcendit humiditas ad quartum gradum: & quartus gradus uenenoſam reddit qualitatem: quoniam corruptiuum eſt & mortale. Sed Galenus narrat de uno, quem in ſomno ſerpens quidam momordit, & excitatus non ualens ſurgere: tractus per manum, remanſit caro corrupta & putrefacta ſuper terram, & oſſa denudata apparuerunt: unde ex putrefactione occulta, & facili carnis ſolutione, probat Galenus uenenum eſſe humidum: ex hoc genere

Ve. frigidũ duobus modis interficit Stupefaciendo. Opilando.

Siccum ue. duobus modis interficit Conſumẽdo humidum. Separando.

Humidũ ue. quare nõ reperiatur.

Hiſtoria ex Galeno.

re

re ſecundum aliquos, argentum uiuum uidetur eſſe ueneum:quod ſolum humidum in quarto gradu eſſe fatentur. Sed uenenum quod a tota ſpecie ſoluente uirtutem, ſiue a tota ſubſtantia, ſiue a forma ſpecifica eſt, interficit:non, quia calidum, neque frigidum, neq; ſiccum, neque humidum:ſed quia tale:quia oppoſitam habet uirtutem ad uitam hominis et ſanitatem: & id uenenum, in quacunque paruitate ſumptum, ita etiam ut ſenſum intus fugiat, interficit multiplicando ſeipſum:quoniam quancunque humiditatem noſtri corporis inuenit, ipſam ſtatim in uenenum conuertit: & hoc uirtute ſuæ ſpecie: & tale eſt, quale eſt napellus. Vene. a tota ſpē lædēs Ve. mineralia a natura

De unoquoque ueneno in ſpeciali. Cap. II.

VEnena mineræ ſpecialia & plātarum & animalium non niſi nota & famoſa dicemus: ne occulta narrantes, uirus in angues adijceremus ob eā eius ſolam cauſam, ut præuiſa minus lædant, aut nunquam lædant. Hæc ſcribuntur, non ut alios lædere doceamus. Mineralia igitur uenena quædam ſunt a natura:quædam ab arte procurata.

A natura quidem, quæ in uentre terræ generantur, & horum unum eſt argentum uiuum: quod intus aſſumptum quandoque interficit, ſua humiditate putrefacere faciente humiditatem cordis naturalem: quandoque autem interficit, ſua frigiditate actuali congelante cor. Cuius ſignum eſt, quod quidam apothecarius, cum de nocte tempore magni æſtus ſitiret, tentans inuenit ampullam plenam argēto uiuo, quod bibit, & mane inuentus eſt mortuus, & inuenientes Argētum uiuum frigidæ naturæ. Apothecarius ex potu argenti uiui mortuus.

argentum uiuum exire de ano, anatomizatus fuit, & inuentus fuit sanguis circa cor coagulatus, & ipsum cor similiter. Inueneruntq; in stomacho fere libram unam argenti uiui. Aliud est argentum uiuum, quod fit ab arte alchymiæ sublimatum in alludel, quod est uas alchymistarum, & istud est deterius & magis perniciosum q̃ naturale: quoniam minerale sæpe per uentrem secedit, uel sponte, uel clysteri, sed sublimatũ assumptum interius corrodit, intestina, & apostemat cor, & retinetur urina, & prohibetur eius exitus, & moritur. Extinguitur etiam argentum uiuum cũ forti admistione saliuæ hominis, donec dispareat. Quod si proieceris super ipsum aquam feruentem, et redierit ad primam dispositionem, non est extinctũ, & hoc deterius est q̃ purum uiuum, & minus malum q̃ sublimatum. Secundum uenenum, quod est a natura mineræ, est gypsum, quod intus assumptum sua frigiditate coagulat sanguinem, & inspissat spiritus, & inducit difficultatem anhelitus, & deinde moritur. & hoc datum crudum in potu tritum: coctum uero, non est uenenum, sed medicina stiptica ualde, nascitur autem in uenis terræ montosæ. Tertium est æs, quod metallinam habet naturam, compositum ex argento uiuo & adurente sulphure ad formam tuberis deducente, quod quidem cum per fabros percutitur, & malliatur, scoriæ, quæ cadunt & datæ in potu uenenant, & uentrem fortiter soluere faciunt, & hoc medici uocant Tubel æris. inde etiam uinum, si reponatur in uase æneo, aut cupri, aut electri, & bibatur,

Arg. uiuum arte paratũ deterius est.

Extinctio argen. uiui quõ fit.

Gypsum ue.

Scoria ferri

batur, uomere facit. Tertium est scoria ferri æruginosi, & ipsa ærugo, quæ intus assumpta adhærendo intestinis exiccat humiditates, & corpus, & senectam inducunt, idest, quãdam ægritudinem, quam medici marasmum uocant. Veruntamen autem medici scoria ferri consolata, in curatione multarum ægritudinum. Ærugo ferri

Quartum est lapis magnetis, qui assumptus intus melancholicum, & lunaticum, & præstigiatum facit recipientem. Vtuntur autem eo medici consolato cum alijs medicinis, in curatione melancholiæ. Est autem lapis iste duarum specierum. Vna est, quæ trahit ferrum, uertens illud ad polum septentrionalem, ubi dicitur esse minera magnetis. Alia, quæ trahit carnes humanas uertẽs tractum uersus polum meridianum, ubi dicitur esse minera ipsius. Hæc autem trita & data in potu uiscera contrahit, et in globum reddit. Magnes. Magnetis duæ species

Quintum est lapis armenius, qui rubeus est, & assumptus intus, si non est lotus, secundum doctrinam medicorũ est uenenum uomitiuum, & eo utuntur medici in cura melancholiæ paßionis. Lapis armenius.

Sextum, est lapis stellatus, quem medici uocant lazuli, qui si non fuerit lotus, datusq; in potu, subuertit stomachum, & dolorem intestinorum facit, quo utuntur medici contra quartanã. Lapis stellatus.

Septimum est arsenicum, siue auripigmẽtum, quod est de specie gypsi (ut dicit Albertus) quod caliditate & siccitate sua & perniciosa natura uenenum est peßimum, putrefaciens, & ualde mortificatiuum. Sed si sublimetur secundum alchymiam inuase alludel, est peßimum uenenum intus assumptum & si sæpius subli- Arsenicum.

 metur,

metur:efficitur albißimum,& tanto deterius efficitur uenenum. Venena uero, quæ per artem fiunt. Lithargyrium quod ex plumbo fit fuso in olla, cum testis ollæ fractis, quod assumptum intus, facit intestinorum stypticitatem. Sic cerusa & calchucechumenon, quod quidem corrosiuum est & uenenum est mortale. Est & plumbum ustum, quod fit ex sulphure & auripigmento, quod est uenenum, opilans et interficiens suffocando. Est et asurum, quod fit ex lapide lazuli, quod est uenenum exiccatum. Est & realgar, quod ex sulphure et plumbo fit, corrosiuum existens uenenum intus assumptum. Vegetabilium uero uenena, quædam sunt succus herbarum, quædam uero semina ipsarum. Succus quidem ciculus, & succus tithymalorum, & succus cucumeris asinini, & succus usneæ, & succus bothormarien, et succus coriandri, succus mandragoræ, & succus papaueris nigri, de quo opium fit, & succus corigiolæ lactantis de quo fit scammonia. & succus apij risus, & succus ceruæ.i.gyrasolis, & succus napelli, & succus oleandri, & succus mezereon, & succus ellebori nigri, & succus alfesiræ.i.uitis albæ, & succus bryoniæ, idest cucurbitæ syluestris.

Venen. per artē parata. Lithargyrium. Cerusa. Plūbū ustū. Asurum. Realgar. Vegetabiliū uenena. Succi uenenosi qui.

De fructibus uero sunt cornua oleandri, & cornua bedeguar, & anacardi, & nuces, et auellanæ rācidæ, & nux uomica, & coloquintida, quæ solitariæ fiunt, nata in arbore sua, & ficus Pharaonis, & poma mandragoræ. Semina uero sunt, iusquiamus et cocognidii, & baccæ lauri rancidæ, & catapuciæ, et semen urticæ, & semen papaueris nigri, et semen elle-

Fructus uenenosi qui. Semina uenenosa,

bori, & semen cicutæ, & semen coriandri humidi, & semen serpentariæ: quæ omnia comesta uel bibita, aut perimunt modis supradictis, aut infirmant corpus et alterant. De animalibus uero sunt quędã de cerebris ipsorum, quædam de caudis, quædam de sanguine, quædam de saliua & sputo, quædam de fellibus, quædam de toto corpore. In cerebro quidem cattæ uenenum est perniciosum, faciens hominem amentem. Similiter in cerebro uespertilionis. In cauda uero cerui, uenenum est pessimum, propter quod uenatores extremitatem caudæ cerui, quando uolunt ceruum comedere, abscindunt. Similiter in cauda scorpionis, & rutelæ, & uespæ, & apis, & exanguium animalium, & quorundam serpentum. In sanguine uero, sicut in sanguine bouis ueteris, & in sanguine bufonis, & eius sputo, & in sanguine hominis cholerici, rufi, in furia positi, & in sanguine menstruo, & in sanguine leprosi.

Ve. ex aiali bus de sũpta

In cauda uene.

Sanguis uenenum.

In sputo uero siue in saliua hominis ieiuni, non ad hominem, sed ad scorpionem & serpentem. Sputum.

In sputo bufonis, & sputo & saliua uiperæ, quæ cum coire uult cum pisce, uenenum deponit in littore super lapideas quendam, deinde rediens, suum colligit uenenum. Et in saliua & spuma canis rabiosi, & saliua cattæ, simeæ, & muris, & hominis ieiuni, facientium morsum. Saliua.

De fellibus uero, sicut est fel leopardi, quod est uenenum a forma specifica statim pariens.

De toto uero corpore, sicut sunt cantharides, & salamãdra. De quorum omnium summa dictum est, quod

a qualitate, aut a ſpecie interficit prædictum ueneniũ.

Ad ſciendum ſecundum quem modum uenenum interficit aut nocet. Cap. III.

OMne nanque uenenum, inquantum eſt uenenum, oppoſitam habet qualitatem corpori noſtro. Hæc autem oppoſitio magnum dubium facit, quo modo et qua uia uenenum ad cor hominis tranſitum patiatur. Nam, aut uenenum trahetur a corde, ſicut ferrũ a magnete: aut ipſum tranſibit ad cor, aut utroque modo: corde ſcilicet attrahente, et ueneno currente. Quod ſi nullo prædictorum modorum erit, aſſerere relinquetur: quod nullo modo uenenũ ad cor trãſire poßit: & ſic ceſſabit oppoſitio ueneni ad ipſum cor. Quo poſito, dicemus uenenum non eſſe peremptiuum cordis, cuius oppoſitum uidemus, ꝙ aſſumpto ueneno pernicioſo, ut napello, ſtatim ſyncopis apparet, quæ paßio eſt cordis, & tremor cordis & pulſus, defectus & omnia accidentia cordiacæ paßionis. Propter quod ſciendum eſt, ꝙ cor dum eſt ſanum, ſicut & cætera membra, nihil attrahit, niſi ſanguinem ſibi conſimilem & ſpiritum, quorum unum reponit in dextro uentriculo cordis, & alterum in ſiniſtro. Quando uero infirmum eſt, trahit ad ſe qualitatem contrariam ſui nocumenti, ſicut, quando eſt ſuper calefactum, attrahit ad ſe aerem frigidum, & hoc, facit & ſanguinem frigidum, per uirtutem naturalem attractiuam ſui ſimilis, dum ipſum eſt in poteſtate naturæ, et per appetitum ſenſitiuum animalẽ, quo unũquodque membrorum læſum, appetit deliciam, & ſentit

Cor ſanum ſanguinem & ſpm̃ ad ſe trahit.

tit

tit conueniens & contrarium ſui nocumenti. Vene=
num ergo, ut cum in nullo participet cum complexio
nem cordis, & natura ab ipſo corde dum ſanum eſt,
non trahitur, immo refugiet illud tanquam inimicum
oppoſitum: quando uero cor eſſet infirmum, ex appe
titu ſenſit, immo appeteret, & traheret contrarium
ſuæ paſsionis. Et ſecundum iſtum modum, uenenum
ueneno curatur. Nam quando aliquis uenenum aſſum
pſit, puta opium, quod infrigidando corpus uſque ad
cor, & deinde coagulando ſanguinem corde, ex quo
mors introducitur, antequam cor ſenſum amittat, ex
frigiditate opii ſentiens nocumentum, deſiderat medi=
cinam calidam. Ex ſi detur caſtoreum, quod de ſe eſt
in genere uenenorum, ipſum caſtoreũ contrahet, me=
diante appetitu ſenſitiuo, non ut uenenum oppoſitum
ſubſtantiæ cordis, ſed ut oppoſitum qualitatis malæ
introductæ per opium. Hæc autem ratio non plus
monſtrat, quando cor attrahit ad ſe uenenum, niſi ſic
quodlibet membrorum infirmum ad ſe trahat oppoſi
tam qualitatem. Præterea dato, ꝙ cor, quando ſenſit
nocumentum ueneni frigidi, uirtute appetitus ſenſiti=
ui appetat medicinam calidam, & ipſam ad ſe trahat,
adhuc ſtat quæſtio, quomodo illud uenenum primum
datum tranſiuit ad cor. Quare dicendum uidetur,
quod nullo modo cor ad ſe unquam uenenum trahit,
quoniam neque inquantum ſimile eſt cordi, quia nul=
lam ſimilitudinem cum ipſo habet, nec inquantum con
trarium, quoniam cor nunquam fuit talis diſpoſitio=
nis, ꝙ uenenũ eſſet oppoſitum illius. Nec potes infer=

Venenũ ueneno tolli ꝓbatur.

re

re ex hoc, nullam esse oppositionem inter cor & uenenum, quoniam licet cor uenenum non trahat, uenenum etiam licet non currat, neque etiam utroque modo contingat, est tamen dare aliũ modum, quo directe apparet oppositio & peremptio manifesta. Nam uenenum quoniam actiuum est, forma quã habet, perniciosam et destructiuũ cordis, quicquid tangit in corpore humano, conuertit in illam speciem uenenosam, & seipsum multiplicat, inficiendo humiditates nostri corporis in uenenosam naturam, qua multiplicata augetur uirtus ueneni. Nam dicitur in geometria, q; geminata quantitas augmentat uirtutem. Vnde ex modico ueneno assumpto conuertente quod tangit ad suum simile, augetur uirtus & multiplicatur: ita ut de facili per modum continui corporis, cuius extrema se tangunt, attingit parum in quantitate uenenũ ipsum cor: quod etiam tangit, conuenit ad uenenum, et ex eo tunc spiritus uitalis non habens debitum organum, in quo resideat, cedit formæ ueneni, & egrediens de corde, dimittit cor et corpus sine motu: Et hoc est mors, cuius signum est, quod illud cadauer, si comedatur, uenenum efficitur comedenti. Est tamen adhuc sciendũ, q; arteriæ cordis & ipsi uentriculi cordis motu diastoles, & systoles, idest, per modum naturalem attrahendi, & expellendi, quem habet cõtinuo: quanto tempore uiuit animal, attrahunt ad se circunstantem spiritum, ita q; etiam arteriæ, quæ ad cutem terminantur, per poros suos aerem exteriorem continentem nos attrahunt usque ad cor, et per easdem cor exsufflando

Alius modus qũo uenenũ cor lædat.

Venenũ q̃ tãgit ad sui simile reddit.

Insensibilis transpiratio

flando expellit calores & fumos, ita q, si aer conti=nens nos fuerit uenenosus & pestilentialis: per ipsas arterias motu dilationis attractus cor inficit, & inde ægritudines pestilentiales contingunt, non q, arteria uel cor de sui natura uenenum trahat, sed quia sub specie aeris et spiritus, attractus uenenosus uapor ingreditur. Et secundum hoc dixerunt sapientes, q, est uenenum, dormire seu degere sub arbore nucum, & in hortis caulium, & sub umbra oleandri, & balneari in aquis sub cuius ripis oleander, & arbores uenenosæ crescunt. Narrat enim Galenus de quodam qui se balneauit in balneo, calefacto de lignis excisis de cauernis serpentum, qui mortuus fuit ex uapore ligno=rum, cum quibus fuit balneum calefactũ infectum ueneno. Et Aristoteles in libro de proprietate elemen=torum & planetarum, dicit q, tempore regis Philippi, omnes mercatores transeuntes per quãdam uiam, quæ ad ciuitatem applicabat, quando errant in parte illius uiæ, in qua duo montes, unus hic, & alter hinc existebant, statim moriebantur. Et tunc Socrates pa=rari fecit caueam uitreã in quam intrans: se illuc iuf=sit portari, & respexit duos serpentes, unum in uno monte, et alium in reliquo existentes, qui aerem illius loci inficiebant, unde transeuntes moriebantur. Ru=fus etiam dicit, q, antiqui reges fecerunt puellam nu=triri napello, ut per eius anhelitum & amplexum, cũ ea coeuntes morerentur. Similiter in sentinis nauium & in cauernis profundis, & in locis inhabitatis, et in locis fœtidis propter aerem attractum habitantes, ue

an attractio per poros q uenenum attrahat.

De cubito sub quibusdam arboribus uenenosis.

Historia ex Galeno.

Ex anhelitu & cõplexu puellæ mortui.

Magnus fœtor cordis inimicus.

nenantur. Dicit nanque Auicenna in capite primo, q̃ nulla res est magis inimica caloris innati & cordis, q̃ magnus fœtor, a quo subito spiritus uitalis a corde recedit: & quanto complexio cordis, & materiarum alicuius hominis calidior fuerit et rarior, tanto citius uenenum, tam bibitum, q̃ respiratum perimit, & occidit, quoniam calidum cor plus attrahit, q̃ frigidum de anhelitu, & uiæ latiores sunt in arteriis calidi cordis, q̃ frigidi, ita q̃ iusquiamus passeres non occidit propter stricturam uiarum ad cor: hominem autem sic, quia lationes habent uias, per quas facilior est transitus spiritus uenenati, et quanto uenenum de sui complexione est calidus, tanto deterius efficitur, dato in homine calidiori, quia utriusque caliditas se iuuat in unum effectum sed exhibitum in frigidiori natura, suum tardat effectum. Veruntamen tanta posset esse caliditas naturalis, q̃ etiam uenenum calidum superaret & repelleret, & ipsius nocumentum prohiberet, aut mortem, & inde est, q̃ multi homines uenenati uno cibo & eadem quantitate in eadem cœna, aliquis moritur, & aliquis euadit, & aliquis excorticatur uel infirmatur: sicut ego quandoque uidi, in quadam cœna fuisse quatuor uenenatos, comedentes singuli ferculum uenenatum, quorum unus mortuus fuit statim, alius euasit omnino, reliqui duo infirmati fuerũt ad mortem, qui uero euasit animosus erat, & calidi cordis: qui uero mortuus, fuit minus calidæ complexionis: qui uero infirmati fuerunt, calidiores erant natura, q̃ ille, qui migrauit: et minus, q̃ qui euasit. hoc autem

Hyosciamus quare homini non ita passeribus sit uenenosus.

Complexio superans uenenum.

Ex quatuor uenenatis unus moritur superstitibus reliquis quare

autem non aliter esse potest, nisi quia calor naturalis, qui mouet ad formam uitæ, resistit inquantum potest, calori accidentali, tam febrili q̃ calidi ueneni, quam etiam calori aeris pestilentiali et calori æstus: & dierum canicularium, qui omnes calores mouent ad interitionem, & dissolutionem compositorum: Vnde Auicenna dixit in ca. primo, ꝗ nihil est, quod resistat malis qualitatibus & calori febrili, plus q̃ calor innatus, adeo ꝗ etiam uenenis calidis repugnat, non complexionaliter, sed formaliter, quia calor naturalis informatus, est regulatus ab anima nostra, quæ mouet ad uitam mediante calore naturali tanquam suo instrumento: & ideo dicitur, ꝗ omne opus naturæ, est opus intelligentiæ id regentis: unde signanter natura dicitur de calore, tam a philosophis q̃ a medicis: cum dicunt, calor naturalis & non frigiditas naturalis, & proportionatur (ut dicit Dorachius astrologus) ad alchocoden, id est, ad constellationem, & locum cœli, qui dicitur dator uitæ. Venenum uero frigidum, datũ in complexione hominis frigidi, frigiditate utriusque citius perimit, quam datum in complexione calidiori, sed si uenenum fuerit de illis, quæ a tota specie interimunt, ut est napellus, & eius gummi, et fel leopardi, & thirus, tunc complexio bibentis uenenum, nihil impedit uel confert, nisi pro tanto, ꝗ in calido homine uiæ sunt latiores ad transitum, in frigido strictiores.

Calor innatus resistit malis qualitatibus.

De præcustodia & cautela, ne aut uenena propinentur, aut propinata non noceant. Cap. IIII.

Oportet suspicantẽ aut timẽtem uenenosam potionem, uel cibum, ut utatur regimine duplici. Primum est defensio cum tutela: Secũdum, est destructio assumpti ueneni cum uirtute. Defensio uero cũ cautela est, ut ante comestionem suæ mensæ, coram suis ferculis & potibus, sint res discernentes & significantes fore uenenum, si fuerit: & horum unum est, sicut cornua serpentis, quæ sudant in aduentu scilicet napelli & thiri, & fellis leopardi, & non in aliorum uenenis. Et aliud, quod est lapis quidam nomine prasius, qui est matrix & palatium smaragdi, quia in ipso inuenitur. Est autem uiridis, habens uiriditatem spissam sicut prasium, & inuenitur aliquando cum rubeis guttis, & aliquando cum albis, expertum est, quod præseruat reges a uenenis. Nam si lapis ille sit in mensa, in qua uenenum ponitur, ad præsentiam ueneni, nitorem statim emittit, & ipso ablato, nitor reuenit. De hoc lapide dicitur in epistola Æsculapij philosophi ad Octauiũ, q. ipsum timet uenena & prælia: unde et Alexander Macedo in prælijs sæpe habebat: Cumq; de India reuerteretur, se lauans in Eufrate, deposito cingulo in quo lapis erat suspensus, & serpens quidam illum morsu abscidit, uomuitq; illum in Eufratem: Et de hoc Aristotelem dicunt mẽtionem fecisse in libro de natura serpentum. Aliud est etiam, quod scriptum est in libro regũ Persarum, q. si sculpere feceris in lapide hematitis uirum genuflexum cinctum serpẽte, cuius caput teneat dextera manus, et caudã sinistra, posuerisq; lapidem hũc in

Defensio a uenenis cum cautela.

Cornua serpentis uenenũ produnt.

Lapis prasius qualis.

Historia.

Annulus artificialis a ueneno præseruans.

in aureo anulo, & sub lapide posueris radicem ser=pentariæ tritam, portaueris'q; hunc annulum, ab om=ni ueneno præseruat. Quod quidem ego quandoque præparari feci, & ad prædictum usum seruaui. Caueant etiam coqui, ne uasa, quibus ipsorum uinum defertur uel tenetur, stent discooperta in cellariis uini, nec uinū discoopertum: Quia naturaliter omne animal uenenosum lambit uinum, et uasa uini: & quandoque in eis suffocata sunt inuenta. Caueant etiam fercula, & potus, & confectiones, sapores habentia dulcißimos: quia istis consueuerunt cælare uenenū. Smaragdus etiam optima, quam si bufo intuetur, expertū est, q̄ ipsius oculi crepitant ad præsentiam ipsius: si teneatur im mensa, uenena debilitat: si in ore tenea=tur, uenenum uirtutem inficiendi dimittit: & si detur trita in potu post uenenum, peroptime a morte libe=rat: & sit eius quantitas scrupuli.ij. quod ego quandoq; expertus sum: et Auenzoar hoc inuenit ut in libro translato papæ Bonifacio, scriptum est. Come=dat etiam ante omnem cibum castaneas cum ficis siccis, aut rutam cum auellanis, & nucos uirides cum ruta, aut sicca nuces cum ficis siccis, aut calamentum recens uel siccum in fritellis, aut radicem dictamni tritā & cum uino potatam. Præcauet etiam ab omni ueneno, bibisse ieiunum, cyathum uini puri optimi, in quo, tempore musti, in uno mensura duo serpentes uiui fuerint suffocati: præseruat etiam (quod est exper=tum) ut omni mane accipiat drachmas duas de theriaca, quæ dicitur de terra sigillata, Fit autem sic: Re=

Smaragdi uirtus.

Hæc comesta a uenenis tutos faciūt.

Compositio theriacæ.

cipe baccharum lauri drachmas quatuor, terræ ſigillatæ drachmam unam: terantur, & cum melle diſpumato libra una conficiatur, & reponatur in uaſe uitri, & ſumatur ex ea inuicem drach. duæ. Deſtructio uero aſſumpti ueneni fit ita: Nam ſi ſcitum fuerit de ſpecie ueneni, tunc deſtruatur per medicinam propriatam illi ueneno, quæ bezoar uocatur, & de hoc ego ſingulare faciam infra capitulum, ad cognoſcendum unumquodque uenenum per ſigna propria, & ibi docebo uirtutes bezoarticas. Si uero ignoratum fuerit uenenum, aut medicinis fuerit abſens, & & dubitatum fuerit de ueneno cuiuſcunq; fuerit ſpeciei, tunc ſtatim butyrum & aqua calida ſimul diſſoluta bibatur, & cogatur euomere, & poſt uomitũ cum butyro iterum uomere cogatur cum aqua mellis, & mundificato ſtomacho, ſtatim theriaca magna exhibeatur cum decoctione uini, in quo bullitæ ſunt radices dictamni. & ſit theriaca drach. duæ: & uinũ unciæ duæ, & non comedat uſque ad ſeptem horas, et tunc nutriatur rebus uentoſis, cum ficis et uuis paſſis & auellanis, et iure gallinæ pinguiſſimæ, uel agni annalis uel hœdi: quod ſi inteſtinis ardor uel dolor ſentitur, clyſtere initiatur factum cũ aqua mellis, diſſoluta cum adipe anatis uel gallinæ, & proiecto clyſteri, iterum diſſericetur cum lacte ouino calido, quo proiecto, cibetur iure ſupradicto: ſi uero adhuc morſus uel dolor in ſtomacho uel in inteſtinis remanſerit, tunc modicum balſami diſſoluti in lacte circa unum cyathum detur in potu. Hæc enim liberant uenenatos,

Ven. aſſumptum qũo deſtruendũ ſit.

Vomitus ꝓdeſt eis qui uenenũ ſumpſerunt.

Clyſtere in ueneno prodeſt.

nenatos, si cito adhibeantur: quæ dicta sunt. Si uero morsus, aut gladius fuerit uenenatus, statim supra morsum, aut supra uulnus gallina uiua euiscerata supponatur, & reiteretur uiua, aut ore alicuius schlaui uel serui sugatur locus, & os serui abluatur sæpe cũ uino, in quo dictãnus fuerit locus: deinde theriaca magna loco supponatur: & cum theriaca fuerit exiccata: iterum alia recens ponatur, donec locus, non plus theriacam desiccet. Si uero locus morsus, siue uulnus uenenatum fuerit siccus, tunc theriaca non apponatur, sed loco theriacæ lactucella super uulnere alligetur, & innouetur toties, quoad locus fuerit humectatus, & tunc sanitas erit introducta. Quantum enim theriaca exiccat, tantum & lactucella humectat amplius. Intelligat uestræ reuerẽtia Sanctitatis quod septem sunt herbæ, quarum cuiuslibet natura uniuersalis, cuius interest speciem cuiuslibet plantæ, singulari, & specifica uirtute dotatæ, nõ a complexione elemẽtari, qua calida, uel quia frigida, uel quia sicca, uel quia humida, sed quia talis, & a natura, uel mediante stella sic dotata, donauit uirtutem liberandi a uenenosis cibis: & potibus, & letali ueneno ex uulnere sine morsu. Prima quarum est hypericon, quæ alio nomine herba dicitur perforata, quam Achilles oraculo Apollinis in exercitu Troianorum dicitur inuenisse, ut ait Plinius. Secunda est uincetoxicum. Tertia Enula. Quarta rafanus. Quinta dictamnus. Sexta aristolochia longa & rotunda. Septima lactucella, quarum unaquæque dicitur æquipollere theriacæ:

Venenũ ab extra infli-ctum quõ curandum.

Septem herbæ quæ ueneno resistũt

Hypericon.

Vĩcetoxicũ
Enula.
Rafanus.
Dictãnus.
Aristolochia.
Lactucella.

riacæ:ita ut uulneribus uenenosis succus alicuius prædictarum datus in potu,uulnera ueneno infecta purget,& saluet,& per istum modum omnes antiqui talia curabant uulnera, antequam theriacæ haberēt notitiam. Morsus uero ab animalibus uenenosis curat quælibet prædictarum, et theriaca morso loco supposita. Venena uero bibita,curat puluis factus ex qualibet prædictarum, & datur in potu cum uino, uel aqua mellita. Dicit præterea Auicenna, q̄ stercus galli bibitum cum aqua, statim per uomitum omne uenenum educit:Et lac asinæ,comestum prohibet uirtutem profundari ueneni,ita quod in quo prandio, cœna asinæ lac fuerit bibitum,uel comestum, nullum præter napellum,possit nocere uenenum. Theriaca autem omni ueneno complexionali, & specifico, & napello directo opponitur,& contrariatur secūdum totam speciem,idest,secundum bonam permistionem medicinarum,quæ intrant confectione artificiali theriacæ:Quæ resultat quoddam diuinum & formale destructiuum omnis ueneni, ut infra in speciali dicetur.dentur autem de ipsa unciæ duæ uel tres tribus diebus continuis,quia toxicum resoluit, & sudorem prouocando liberat. Terra etiam sigillata, aut in comestione, aut post comestionem bibita uel comesta,hanc habet proprietatem, q̄ si uenenum inueniat in stomacho,ipsum per uomitū expellit.Si uero post eam uenenum exhibeatur,nunquā permittit per corpus perambulare,ita ut denique cor defendat,& eius humiditates custodiat. Quare reges & principes de par=

Theriaca ueneno contraria.

Terræ sigillatæ mira uis.

de partibus orientalibus & meridionalibus (ubi ſcilicet exhibendi uenena clãdeſtine, ut homines moriantur, hæc pernicies nephandiſsima accepit originem et inualuit) quotidie uſque nunc, ſemper in ſuis cœnis et prandijs terram comedunt ſigillatam, & ideo ſigillo regum talis terra ſigillabatur, inde terra ſigillata eſt uocata: nunc autem periit fides ſigillorum, quoniam tam inelegans q̃ elegãs ad nos ſigillata portatur. Et eſt ſciendum, q, Raſis, & ipſa experientia hoc teſtatur. Dicitur in libro diuiſionum, q, ad uenenum napelli, parum theriaca aut nihil prodeſſe uidetur: quapropter ad aliud remedium prorſus eſt confugiendum, & non tam in pauco temporis ſpatio, in quo neceſſe eſt napelli uirtutẽ, ne ad cor tranſeat, impedire: contemnere autem medicinæ in ſpecie theriacæ quod eſt, quia ſi non citiſsime impediatur, moritur homo in uno die, uel in tribus. Sed de hoc infra dicetur, ubi ſingulares medicinas, ad ſingulare uenenum inducam.

De ſignis & curis cuiuslibet ſingularis ueneni propinati, & primo de argento uiuo. Caput. V.

ILle qui argentum uiuum ſumpſerit dolorem patietur inteſtinorum & laterum, aut grauedinem, et ad ultimum perducit ad epilepſiam uel ad apoplexiam, & tunc cadit & interficit. Quod ſi fuerit extinctum, uel ſublimatum, corroſionem facit inteſtinorum, & morſuram, & fit grauedo linguæ & ſtoma- Sublimatũ. Cura.

chi, & apostematur cor, & moritur. Et eius cura est clystere cum adipe anatis uel butyro, & deinde reiteretur cum aqua mellis, & si fuerit creditum, quod fuerit extinctum, uel sublimatum, uomitus prouocetur, & hoc statim antequam ad intestina descendat. Quoniam tunc penitus intestina excoriaret, & sanguinem exire faceret, & tenasmum induceret: Tunc enim cum clysteribus solum esset intendere, & expedit, argenti euacuatione, erit attendendum ad accidentia derelicta, quæ tria esse consueuerunt. Vnum, mala complexio humida, et frigida in intestinis. Secūdū, est debilitas cordis & tremor, Tertiū, uulnera in stomacho uel intestinis. Et primo opponemus nos cum rebus confortatiuis, stipticis, calidis, & desiccantibus, dabimus ergo tunc myrrham & castoreum decoctū in uino, & saluiam, & rutam tritam, & cum aqua, iu qua nuces cypreßi sunt bullitæ, potui propinabimus. Et ad secundū opponemus nos, cum exhibitione diamargariton, & diamusci amari. Et tertio opponemus, cum medicinis sigillantibus uulnera assumptis per clystere, si fuerunt uulnera in intestinis, in potu, si fuerit in stomacho, & horum summa erit trifera minor, aut uinum rubeum, in quo myrobalani cocti fuerunt. Et si urina fuerit retenta ex potu argenti uiui, tunc ponemus eum in balneo aquæ calidæ, & postea supponemus uesicæ spongiam infusam in decoctione iuniperi, & seminis apij pluribus uicibus, et dabimus in potu uinum purum optimum, in quo bullita fuerit radix cyperi, ei ungemus mentulam, & testiculos,

Accidētia q̄ sumptum argentum uiuū sequuntur.

ſticulos,cum oleo rutaceo, et iunipero,et eius bezoar eſt coſtos,&c.

De gypſo. Cap. VI.

ILle cui datũ fuerit in potu gypſum, habebit difficultatem anhelitus,& frigiditatem in ſtomacho,& ſtipticitatem uentris,et labia alba,ut mortificata: Et eius cura erit, ut bibat aquam calidam butyro et euomat. Deinde bibat iterum aquam calidam cum melle, & euomat: & poſtea detur ſibi in potu mithridatum drachmæ duæ cũ optimo uino. Et ſi ſtipticus remanſit, clyſterizetur cum adipe anatis, & ungatur uenter cum oleo de cerua, & eius bezoar eſt ſtercus muris tritum & bibitum,& detur ex eo cum uino drachma una.

De ſcoria æris. Cap. VII.

ILle cui data fuerit in potu ſcoria æris,multũ aſſellabit aut uomet, & cum dolore & punctione in inteſtinis & ſtomacho. Et eius cura erit balneũ,in quo bullita ſint capita hircorum,uel limacium,& dare in potu ſuccum mentæ,& ungere ſtomachum & uentrem cum oleo roſato calido. Et eius bezoar eſt ſuccus acori,bibatur drach.ii.cum uino.

De ſcoria ferri. Cap. VIII.

ILle cui data fuerit ſcoria ferri, aut eius ærugo exiccatur quotidie, & uenter adhæret renibus & maraſmum patitur. Et eius cura eſt humectare totũ corpus cum balneis, in quibus teſtudines ſint bullitæ, & clyſterizetur uenter cum decoctione pedum hœdorum, aut cum aqua maluauiſci,et comedere butyrũ

Magnetis comestio.

recens, et iura pinguia. Et eius bezoar est lapis magnetis tritus, & datus in pillulis, cum tantundem de succo mercurialis, & bletis in modum pillularum, et sit dosis magnetis in uice drach. i.

De lapide magnetis. Cap. IX.

ILle cui datus fuerit lapis magnetis non consolatus, efficitur lunaticus, & melancholicus, aut heroicus. Et eius cura est, ut detur in potu limatura auri, & fragmenta smaragdi simul iuncta cum uino, & clysterizetur cum lacte ouino, & oleo de amygdalis dulcibus. Et est bezoar eius smaragdus trita, & data in potu tribus uicibus, in nouem diebus.

De lapide lazuli. Cap. X.

ILle cui datus fuerit in potu lapis lazuli non lotus, patietur subuersionem stomachi, & tristitiam, & solicitudinem. Et eius cura est, bibere lac recens mulctum asinæ, omni mane usque ad dies. vii. et comedere auiculas assatas in speto. Et eius bezoar est charabe tritum, scrup. ii. et datum in potu cum uino.

De arsenico sublimato. Cap. XI.

ILle cui datum fuerit arsenicum sublimatum, patietur excoriationem intestinorum, & stomachi, & arsuram, & dolores mordicatiuos, & sitim, & linguam habebit exiccatam & expuere non poterit, et demum syncopim patietur. Et eius cura est, ut bibat butyrum cum aqua calida, in qua semina rapi sint cocta, & euomat, & clysterizetur, & deinde cum oleo de amygdalis dulcibus omni die bis, & cibetur iure gallinæ pinguissimæ. Et eius bezoar est crystallus trita

ta ſubtiliter,& data in potu drach.i.cum oleo amygdalarum dulcium.Et ſi non fuerit ſublimatum,erunt accidentia remiſsiora,& cura eadem.

De lithargyrio. Caput. XII.

ILle,cui lithargyrium datum fuerit in potu, non poterit digerere,& per uomitum emittet,quod inſueuerat per ſeceſſum.Et eius cura eſt, colice per clyſtere iniectum, factum ex aqua mellis & adipe gallinæ uel anatis, & dare in potu oleum amygdalarum dulcium,& comedere ficus ſiccas ante cibum, & ungere ſtomachum cum ſucco apii, & uentrem cum butyro. Et eius bezoar eſt ſemen cheruæ tritum, et datum in potu drachmas duas.

De Ceruſſa. Caput XIII.

ILle cui data fuerit ceruſſa in potu, patietur uomitum album ut ceruſſa,& dentes nigros,& dolorẽ uentris grauatiuum,& egeret ſanguinem,et habebit tenaſmum . Et eius cura erit,uomitus prouocatus cũ aqua,in qua ſemina rapæ, & attriplicis ſint bullita, & deinde clyſterizare uentrem, & cum brodio cauliũ coctorũ,& oleo ſine ſale, et dare in potu mithridatũ aut theriacã cum optimo uino . Et eius bezoar eſt potus,uini albiſsimi puri prope inebriationem.

De calcechumenon.i.uiride æris. Ca. XIIII.

ILle,cui chalcechumenon.i.uiride æris, datum fuerit in potu , oblationem & ſuffocationem pulmonis & anhelitus habebit: & quaſi non poterit reſpirare:& patietur ſolutionem continuitatis in interioribus,& uulnera et hulcera in inteſtinis, & punctio

nes corrosiuas, Et eius cura erit statim cum uomitu procurato, cum butyro & aqua calida, & sæpe reiterato, & deinde inijcere clystere factum cum lacte asinino, & oleo de amygdalis dulcibus: & deinde dare in potu de terra sigillata drach.i. cum uino albo, & deinde si non confert, fiat balneum in tina, ubi sit oleum oliuarum in tanta quantitate, q̃ non attingat ad stomachũ. Et eius bezoar est corallus rubeus, tritus & datus in potu cum uino, drach.ii.

De plumbo usto. Cap. XV.

CVi datur plumbum ustum, non potest loqui, & moritur suffocatus, & uox eius non auditur, nisi sicut plumbum, & eius labia & lingua plumbina sunt. Et eius cura est dare theriacam magnam drach.ii. omni die usque ad v. dies, cum aqua mellis, et induere pelles uulpinas uel ouinas nouas, & intrare uentrem mulæ uel asinæ calidæ, & reiterare introitum sæpe: & eius bezoar sunt grana citrorum, mundata & trita, & data in potu cum uino cocto dulci, drach.ii.

De asuro minio aut zenabrio. Cap. XVI.

CVi datur asurum, aut miniũ, aut zenabrium, patietur uomitum, & ueneris stypticitatem, & in uomitu discernetur per colorem unumquodq; ipsorum. Et cura omnium prædictorum est eadem. Detur ergo in potu butyrum cũ aqua calida, in qua semina rapi sint bullita, & euomat post uomitũ spontaneum: deinde clysterizetur cum aqua mellis & oleo. Et eius bezoar est spodium, quod fit de ebore

com=

combusto datum in potu cum uino drach.ii.

De realgare. Cap. XVII.

CVi datur realgar in potu, patietur sitim, & æstuationem, & exiccationem, et consumptionem humiditatis: ita q̃, nisi ei succurratur, aut moritur, aut paralyticus & contractus remanebit. Ego uidi, & curaui iuuenem, cui datum fuit cum hepate porci assatum realgar tritum, & euasit mortem ab eo, & remansit circa omnes iuncturas, quasi immobilis ex nimia siccitate. Et eius cura est uomitus cum butyro & aqua calida sæpe iteratus et clysteria cũ lacte asinino iterata: & dare in mane in potu omni die uncias, v. de lacte asinino, & cibare cum ficubus pinguibus, et ungere totum corpus ex oleo de amygdalis dulcibus: et sedare sitim ipsius cum iuleb. Et eius bezoar est oleum de nucellis pini, datum in potu statim, uel in prima die, unc. iiii.

De Cicuta. Caput XVIII.

CVi datur in potu succus cicutæ, stuporem & sensum perdet. Ex eo Socrates ab Atheniensibus fuit interemptus. Et eius cura est, in potu sumere theriacam drachmas duas distemperatã cum decoctione dictamni. Et eius bezoar est, gentiana trita et data in potu, drach. ii. cum uino.

De succo tithymalorum. Cap. XIX.

CVi datur succus tithymalorum, patietur fluxum uentris, & uomitum, & accidentia cholericæ passionis. Et eius cura erit, theriaca magna cum uino, in quo dictamus fuerit bullitus. Et eius bezoar

zoar eſt, muria trita & potata cum uino, drach.i.

De ſucco cucumeris. Cap. XX.

CVi datus fuerit in potu ſuccus cucumeris aſi=nini, patietur excoriationem in gutture, & ſolutionem uentris, & dolorem inteſtinorum. Et eius cura eſt, theriaca magna cum decoctione bacca=rum lauri & melle, drach.ii. Et eius bezoar eſt ſuc=cus mentæ, uncia una.

De ſucco uſneæ. Cap. XXI.

CVi ſuccus uſneæ datus fuerit, patietur decur=ſum humiditatum ſuperfluarum ad os, & gut tur: ita ut ſtrangulari uideatur. Propter quod hæc herba ſtrangulatrix ab Hippocrate lupi uocatur: ſtrangulat enim lupos ipſam comedentes. Et eius cu ra eſt, ſumere in potu de terra ſigillata ſtatim drac. ii. cum aqua calida, & euomere: & deinde poſt illud accipere de theriaca drach.ii. cum uino decoctionis gentianæ. Et eius bezoar eſt ariſtolochia longa.

De radice bothomarien. Cap. XXII.

CVi datur in potu ſuccus aut radix bothorma rien, patietur ſtrangulationem, & quaſi ſuffo cationem, propter quod uocatur panis porcorum. Et eius cura eſt baccæ lauri tritæ drach.ii. datæ in potu. Et eius bezoar eſt piper album tritum. drac.ii.

De ſucco coriandri. Cap. XXIII.

CVi ſuccus coriandri datur, patietur quaſi de=ſtructionem intellectus, ac ſicut ebrius uidea=tur, et tandem moritur ſtupide. Et eius cura eſt the riaca magna drach.ii. cum optimo uino. Et eius be=

zoar

zoar eſt herba, quæ dicitur uincetoxicum: data in potu. drach. ii.

De ſucco mandragoræ. Cap. XXIIII.

CVi datur in potu ſuccus mandragoræ, aut poma eius, aut radix eius, ruborem in facie & oculis, & ſtupore in mente, & mentis alienationem, amentiam, & ſomnum profundum patietur. Et eius cura erit, ſumere in potu ſtatim theriacam magnam diſtemperatam cum optimo uino, & tardare comeſtionem per diem unam, & bibere optimum uinũ purum, & odorare acetum forte. Et eius bezoar eſt radix raphani comeſta omni die uſque ad tres dies cum pane & ſale.

De ſucco papaueris nigri. Cap. XXV.

CVi datur ſuccus papaueris nigri, patietur ſtuporem mentis, dormitationem, et hebetiam: ut illi qui oleum comedũt. Et eorum cura eſt, bibere theriacam magnam, & dyacaſtoreum, & oppopiram, aut confectionem de anacardis drachmas duas cum uino. Et eius bezoar eſt allium crudum.

De opio. Cap. XXVI.

CVi datur opium in potu: ſi cogatur uomere, apparebit odor opii in uomitu: & erit hebes, & piger, & dormitans abſque ſenſu, & non intelligens, neque ſentiens, & ſi non ſuccurratur ei, morietur. Et eius cura eſt, altiſſimum uinum, & fricare extrema cum nitro et ſapone, et prouocare ſternutationẽ cũ pipere intromiſſo in nares. Et eius bezoar eſt caſtoreum tritũ, & datũ in potu cũ uino drac. ii.

De succo scamoneæ. Cap. XXVII.

CVi succus scamoneæ datus fuerit in potu, patietur cordis defectum, & syncopim, & sitim, & exæstuationem, & dysenteriã, & febrẽ. Et eius cura est, potare aquam ordei sæpe, et ingredi balneum aquæ tepide: deinde post illud bibere syrupum rosarum et buglossarum tota die, & prouocare somnum, & odorare nenuphar, & rosas, & myrtum, et cibari cum cibo facto cum sumach, uel berberis, et emplastrare uentrem & stomachum, cum pulpis citoniorum. Et eius bezoar est herba, quæ uocatur ribes eius succus.

De apio risus, Cap. XXVIII.

CVi datum fuerit in potu apium risus, facit hominem extra mentem, & continue ridet. Propter hoc uocatur apium risus. Et eius cura est prouocare somnum, cum potu boni uini inebriantis. Et eius bezoar est succus melissæ cum aceto datus in potu.

De succo cheruæ. Cap. XXIX.

CVi succus cheruæ datus fuerit in potu, patietur uomitum continuũ, & doloremuentris. Et eius cura erit theriaca magna, data in potu drach. ii. cũ uino optimo calido. Et eius bezoar est hypericon.

De succo napelli. Cap. XXX.

CVi succus napelli, siue eius fructus, siue eius substantia data fuerit, in spatio unius diei aut trium moritur, & patitur ante hoc syncopim, & defectum cordis, & denigrationem, & defuscationem paulatim

tim

tim omnium membrorum, & deinde tumet totũ corpus, & oculi eius foras prominent, et linguam in ore continere non potest. Succurratur ergo instanti dando terram sigillatam, distemperatam cum butyro et aqua, & euomat, & statim exhibeatur smaragdus optima trita drach.ii.cum uino, & super cor ponatur sericum tinctum in grana infusum in succo buglossæ & aqua rosata, & reiteretur, & deinde serui sugant cum ore extremitates corporis, sed ipsi morientur, nisi acceperint de smaragdo. Eius bezoar est muscus, qui nascitur in radice napelli: exiccatur, et datur ex eo in potu, drach.ii.

De succo oleandri. Cap. XXXI.

CVi succus oleandri, et eius cornua uel eius cortex data fuerit in potu, patetur syncopim, et tribulationem cordis, & anxietatem. Et eius cura est, sumere diacastoreum datum in potu drach. ii. Et eius bezoar est, granũ iuniperi, tritum in quãtitate drachmarum duarum cum uino.

De succo mezereon. Cap. XXXII.

CVi succus mezereon datus fuerit in potu, patientur fluxum uentris, & sitim, & anxietatem, & excoriationem intestinorum. Et eius cura erit syrupus rosatus, cum aqua hordei & odorare fructus frigidos, et odoriferos. Et eius bezoar est organum assatum & bibitum.

De succo ellebori. Cap. XXXIII.

CVi succus ellebori datus fuerit, aut radix eius patietur strangulationem gutturis, et præfocatio-

nem, & fortaßis suffocatur subito: & ideo uocatur strangulator carnis. Et eius cura est sumere in potu statim aquam mellis, & quiescere in loco separato, et deinde detur bezoar eius, quod est flos nenupharis siccus & tritus, drach.ii.

De alphesira. Cap. XXXIIII.

CVi alphesira data fuerit, patietur excoriationē uentris, & uomitum. Eius cura erit, dare in potu aquam mellis, deinde tribuere citonium assatum. Et eius bezoar erit anagallis.

De succo bryoniæ. Cap. XXXV.

CVi succus bryoniæ datus fuerit, patietur scotomiam, & stoliditatem, & angustiam spiritus. Et eius cura erit theriaca drachmarum.ii.cum uino decoeionis enulæ. Et eius bezoar est piper.

De cornibus spicæ. Cap. XXXVI.

CVi cornua spicæ data fuerint, patietur torsionē uentris, & nauseam. Et eius cura est theriacæ drachmæ duæ cum decoctione uini, in quo dictamus sit bullitus.

De cornuis oleandri. Cap. XXXVII.

CVi data fuerint cornua oleandri, aut qui comederit assaturum in ueru exciso, ex oleandro: aut qui dormierit sub umbra oleădri, aut qui biberit aquam fluminis, sub cuius ripis crescit oleander, cuius copia est in insula Sardiniæ, & ego expertus sum illud & uidi, patietur æstuationem, & amentiam, & rugitum uentris, et si balneum fuerit calefactum ex oleandro, balneatus syncopim patietur in balneo. Et

eius

eius cura, & bezoar, dicta supra in capitulo de succo oleandri.

De cornibus beduguar. Cap. XXXVIII.

CVi in potu data fuerint cornua beduguar, patietur difficultatem transglutiẽdi. Et eius cura est, bibere oleũ de amygdalis dulcibus. Et ipsius bezoar sunt mori celsi.

De anacardis. Cap. XXXIX.

ILle qui assumpserit anacardos, patietur incensionem in gutture uehementem, & quandoque inflabitur, & acutam faciet ægritudinem, & mentis alienationem. Et eius cura est, cum rebus unctuosis, sicut oleo amygdalino, sisamino, & butyro, et lacte, & iuribus gallinarum: & si dolorem habebit in intestinis, tunc conueniens est balneum, & si inducunt febrem acutam, tunc est conueniens uti attenuante diæta, & frigida, et humida. Et si fuerit mẽtis alienatio, prouocetur somnus cũ semine lactucæ, et papauere albo. et eius bezoar sunt grana pini torrefacta, et comesta.

De nucibus & auellanis. Cap. XL.

ILle qui comederit nuces aut auellanas rancidas, patietur accidentia mala, scilicet nauseam & deiectionem appetitus, et uomitum, & debilitatem uirtutum animalium. Et eius cura erit rob citoniorum, & rob pomorum. Et si acciderit ei eructatio, habens odorem lini putrefacti, tunc posset mori, & eius cura erit diaciminũ, uel diapericon, et detur ei in potu uinũ purũ, et fomẽtetur stomachus cũ oleo nardino.

De malo castoreo. Cap. XLI.

CVi in potu datũ fuerit malum castoreum, patietur clamorem, & rixam, & dolorem, et linguam habebit foris prominentem. & febrem. Et eius cura erit uomitus cum butyro, & aqua mellis: donec uomitus minime habeat odorẽ castorei. deinde detur in potu rob mororum, aut limonum. Et eius bezoar sunt semina coriandri assata & trita, drach. ii.

De malis fungis. Cap. XLII.

QVi comederit malos fungos: & præcipue, qui nati fuerint super ferro, aut super anabulla, uel malo terræ uel in locis thermarum, suffocabitur, & dolorem patietur in pectine, & prohibebitur ei urina, & dolores habebit in uentre. Et si odorauerit malum fungum, & tubera mala, patietur epilepsiam, & fortaßis morietur. Et ante illud erit ei propinandum uinũ optimũ, in quo piper nigrum sit bullitũ. Et deinde clysterizare femur cũ oleo nardino. Et eius bezoar, quando decoquuntur fungi, aut comeduntur, sunt pura incisa in frusta, & simul decocta. Et bezoar post comestionem ipsorum est allium crudum.

De nuce uomica. Cap. XLIII.

ILle, qui nucem uomicam biberit, uel comederit, habebit uomitum pessimum, & dissolutionem uirtutis. Et eius cura est rob citoniorũ, et myrtillorũ & potus albi uini. Et eius bezoar est cortex citri.

De coloquintida. Cap. XLIIII.

ILle qui coloquintidam solitarie natam, in arbore sua, comederit, uenenum letale sumpsit: Et nisi succurratur

curratur ei, subito morietur in tertio die. Cuius cura & bezoar simul & semel, erunt smaragdus optime trita, data in potu, drach.ii.

De fico Pharaonis. Cap. XLV.

ILle qui comederit ficus Pharaonis, statim patietur febrē, et fractionē totius corporis, et uidebitur ei, quod sit hydropicus. Et hoc ego uidi in Sardinia in ducatu Galuriæ, ubi istarum ficuum est abundantia, quod qui unam comedebat, patiebatur unam febrem: & qui duas, duas: & qui tres, patiebatur trinā febrim, & ut plurimum, istæ febres erāt tertianæ. Et cura eius est aqua hordei parata, aut serum caprinum. Et eius bezoar sunt grana, siue semina cucumeris mundata, & trita, & data in potu. drach.ii.

Febris prouocata ex comestione ficuum.

De semine iusquiami. Cap. XLVI.

CVi in potu data fuerint semina iusquiami, patietur ebrietatem, & mentis alienationem, & stuporem, & immobilitatem omnium membrorum. Et eius cura est, piper longum tritum, & datum in potu, drachmæ duæ. Et eius bezoar sunt grana phisticorum comesta uel bibita.

Hyosciami.

De granis cocognidii. Cap. XLVII.

CVi in potu data fuerint grana cocognidii, patietur uomitū, & fluxum uētris, & tribulationē in stomacho. Et eius cura est theriaca magna drach. ii. cum uino. Et bezoar eius amygdalæ amaræ.

De baccis lauri rancidis. Cap. XLVIII.

ILle, qui comederit baccas laurinas rancidas, patietur accidentia, quæ patitur, qui comederit nuces ranci-

rancidas. Et cura eius, & bezoar erunt similia.

De Cataputia. Cap. XLIX.

Catapotia ex tithymalorum speciebus est.

ILle, qui comederit semẽ cataputias, patietur accidẽtia, quæ patitur qui biberit gyrasolẽ, quæ superius dicta est chensa. Et cura eius, & bezoar sunt eadem.

De semine urticæ. Cap. L.

ILle: qui comederit urticæ, patietur gutturis, & oris, & linguæ excoriationem, & arsuram, & ardorem in mictu. Et eius cura est, oleum amygdalinũ dulce potare. Et eius bezoar sunt grana citoniorum trita, & potata cum aqua calida.

De semine papaueris nigri. Cap. LI.

ILle, qui biberit uel comederit semina papaueris nigri, patietur accidentia, quæ patitur, qui opiũ sumpserit, licet remissiora. Et bezoar idem sunt.

De semine ellebori. Cap. LII.

ILle qui biberit uel comederit semen ellebori, patietur accidentia, quæ patietur, qui succum aut radicẽ ellebori biberit. Et cura & bezoar est una.

De semine cicutæ. Cap. LIII.

QVi biberit semen cicutæ, patietur accidẽtia illa, quæ passus fuit, qui succum eius biberit, & licet magis remissa. Et cura & bezoar sunt eadem.

De semine humidi coriandri. Cap. LIIII.

QVi biberit, uel comederit, semina humidi coriãdri, patietur accidẽtia similia, quæ patitur, qui succũ eius biberit. Et eius cura, & bezoar sunt eadẽ.

De semine serpentariæ. Cap. LV.

ILle, qui comederit semen serpẽtariæ, patietur stridorem,

dorem, & punctionem gutturis, et dentium, & super æstuationem & feruorẽ. Et cuius cura est, butyrum recens bibitum. Et eius bezoar est succus farinæ hordei decoctæ in aqua.

De morsibus aut puncturis ab aliquibus animalibus uenenosis. Cap. LVI.

SI uero aliquis morsus fuerit, aut punctus ab aliquo animali uenenoso, & ignoretur, cuius sit pũctura, tunc stringatur locus puncturæ, & ponantur super ipsum uentosæ cum scarificatione, & sugatur locus cum ore seruorum, & deinde super locum ponantur cancri triti, q; si locus uenire cœperit ad corruptionem, abscindatur mẽbrũ, si fuerit locus aptus, aut membrum aptum abscisioni, q; si non, cauterizetur. Nam quando inceperit locus denigrari aut putrefieri: erit signum, q; punctura fuerit animalis pernitiosi: dum autem non inceperit tendere ad putrefactionem, & corruptionem: quãuis si uehementis doloris, cum nõdum sit ei uelox perambulatione in corpore. Nõ est malum, nisi punctura fuerit iuxta cor aut arteriam magnam.

Venena ex punctura & morsicẽ aĩalium.

Signa & cõiecturæ: quibus deprehẽdimus morsus esse lætales.

De morsu uiperæ. Cap. LVII.

ILle uero quẽ momordit uipera: summa medicinarum & bezoar est ei theriaca magna, & fortaßis confert mitridatum, & medicamen de asa fœtida, & butyrum uetus: & medicamen de cherua & comestio alliorum, & potus uini puri.

De morsu scorpionis. Ca. LVIII.

MOrdicationi autem scorpionum confert uapo-

ratio olei: & alliorum, & theriaca diatesseron, & oleum antiquum linitum. Et eius bezoar est corpus scorpionis tritum, et superpositum loco.

De morsu aranearum. Cap. LIX.

MOrdicationi aranearum cõfert succus pomorum, aut pyrorum, aut oppositio ferri frigidi. Et eius bezoar est endiuia.

De morsu rutulæ. Caput LX.

MOrdicationi autem rutulæ, confert balneum calidum ualde, et sepeliri in arena, aut cinere calido, et bibere puluerem de nigella.

De morsu apum. Cap. LXI.

MOrdicationi autem apum: & puncturæ, confert epithyma cum boloarmeno, & aceto, et camphora, & qui manus suas & faciem, succo maluæ abluerit, non pungetur ab apibus.

De mordicatione animalium. Cap. LXII.

SI autem mordentia animalia, aculeos aut dentes in locis morsis dimiserint: tunc oportet, ut locus fricetur cum oleo: & cinere suauiter, & deinde fiat emplastrum super locum ex fermento, cum oleo: & sic aculei uel dentes uenenosi educentur.

De morsu canis. Cap. LXIII.

SI autem aliquis morsus fuerit a cane, et dubitetur, utrum fuerit rabiosus uel nõ, fricetur buccella panis sub loco morsuræ, & deinde illum exhibeat alijs canibus, quem si renuerint, rabiosus erit: si uero comederint, minime. Signa autẽ, q; sit rabiosis præter hoc sunt, q; canis linguam proijciat extra, et intromittat

Signa quibus deprehẽdimus canes esse rabiosos

caudam

caudam ſuam inter coxas ſuas, & raucam habet uocem, & ꝙ abhorreat canes ſanos et uiros, & ꝙ mordeat dominos domus ſuæ, & omnes qui ei obuiant, & fugiant ab ipſo canes. Et qui morſus eſt, niſi præcaueat, & curetur infra quadraginta dies, efficietur hydroforbicus, ideſt tenens aquam. Quod eſt, quia propter rabiem efficitur ſiticuloſus et appetit aquã, & cum uiderit eam, imaginabitur canes eſſe in aqua, & moriens ſiti, præ timore immanium canum fugiet aquam: & tunc non eſt ſpes ſalutis. Et cum procedit in ægritudine efficitur et ipſe rabidus, et emittit ſperma in pollutione ſua, in modum catulorum, & quandoque egerit flegma, in modum catulorũ. Quod eſt, quia imaginatio continua, quam habet de cane, ſigillat in humiditatibus ſuis figuram canum. Et ſcias, ꝙ ſi equus, & mulus, & aſini, & ſimia, & homo patiuntur rabiem, circa maximũ frigus, aut circa maximũ calorem: Quod eius cura eſt, ut ſuper locũ morſus ponantur uentoſæ cum ſcarificatione, & ponantur deſuper allium ſiue cepe tritum, et confectum cum butyro uaccino, & ſumat in potu electuarium cancrorum fluuialium, et intret balneum omni die, & laboret in cura ethicorum, & melancholicorum, & balneetur ante .xl. dies in aqua maris. Et eius bezoar ſunt cancri fluuiales aduſti & puluerizati, & dati ex eis drach. iii. in potu omnibus tribus diebus.

Aliud ſignũ

Hydrophorbia, qualis ſit morbus.

De Cantharidibus. Cap. LXIIII.

SI autem cantharides quis biberit, patietur mictũ ſanguinis, & æſtuationẽ, & accidentia pernitio-

ſa. Et eius cura eſt, ut ſumat in potu lac ouium cum oleo amygdalino, deinde curētur hulcera ueſicæ. Et eius bezoar erunt grana albekengi numero decem.

De lacte. Caput. LXV.

SI autem quis lac biberit, fueritq́; coagulatum in ſtomacho, patietur ſtomachi mollificationem, & nauſeam, & ſudabit ſudore frigido. Et eius cura erit, bibere acetum fortiſsimum, poſtea ſumat de aſa fœtida, drach. i. aut ſyrupo acetoſo unciam unam, uice una poſt uicem.

De aſſatura ſuffocata. Cap. LXVI.

SI autem quis comederit aſſaturam ſuffocatam, quæ inuoluitur in pānis, cum extrahitur ex furno, patietur uertiginem ſimilem epilepſiæ. Et eius cura eſt, ut euomat, & poſtea ſumat in potu rob fructuū ſtypticorum, & ſaccarum roſatum, cū drach. i. aloes, & maſtiche, quærat ſomnum, & ingrediatur balneum.

De piſcibus frigidis. Cap. LXVII.

SI autem quis comederit piſces frigidos, quibus poſt eius captionem aduenerit una dies, aut duo, aut ſi quis carnes pridie uel ante tertiam uel quartam diem occiſas aut morticinas, aut percuſſas a fulgure, & tēpeſtate mortuas, aut morbo peſtilentiali peremptas: accidit: quod ſuperuenit ex comeſtione malorum fungorum. Et cura eorum eſt, ut euomat, et ſumat in potu uinum purum cum pipere, et curetur cura fungorum, præter, q, non comedat pyra.

De cerebro Cattæ. Cap. LXVIII.

ILle, cui in potu datum fuerit cerebrum catti, patietur

tietur ſtoliditatem & præſtigiare uidebitur. Et eius cura eſt, terra ſigillata, et uomitus cũ ipſa, omni menſe bis, & accipere de confectione diamuſci omni die ſummo mane. Et eius bezoar eſt muſcus tritus ſcrupulum ſemis, & datur in potu cum uino albo.

De extremitate caudæ cerui. Cap. LXIX.

ILle, cui extremitas caudæ cerui data fuerit, patietur accidentia napelli. Et eius cura eſt potio ſmaragdi, ſcrup. ſemis triti datũ in potu cũ uino, et deinde fricatio totius corporis, cum oleo facto de ſemine citri. Et eius bezoar eſt theriaca magna drach. ii.

De ſanguine bouino. Cap. LXX.

CVi in potu datus fuerit ſanguis bouinus uetus, patietur mortificationem, & euomat uomitũ coagulatũ. Et eius cura eſt acetũ acerrimũ calidum, deinde uomitus, deinde theriaca, deinde balneũ aquæ calidæ.

De ſanguine buſonis. Cap. LXXI.

CVi in potu datus fuerit ſanguis buſonis, patietur difficultatem anhelitus, & cordiacæ accidentia, et ſi quis ſputum ipſius ſumpſerit, erit prope mortẽ, ſicut qui in napellũ biberit. Et eius cura eſt, potio ſmaragdi ſcrup. i. deinde intrare corpus animalis quadrupedis magni, ut eſt bos, aſinus, uel mulus, uel equus, & reiterare illud, deinde theriacæ, drac. ii. bibere. Et eius bezoar eſt lapis inuentus in capite buſonis, qui apud lapidarios uocatur borras, uulgariter trepanide.

De ſanguine hominis cholerici rufi. Ca. LXXII.

CVi in potu datus fuerit ſanguis hominis cholerici rufi, extractu in tempore rixæ ſuæ, aut fu

roris, patietur furores mentis, et permiſtionẽ intelle ctus, & inuerecũdiã, deinde paulatim exiccabitur. Et eius cura eſt bibere aquã cucumeris palæſtini, et maſticare grana ipſius, & deglutire ſuccum, & potare ſyrupum nenupharinum. Et eius bezoar eſt trociſcus unus de thiro.

De ſanguine menſtruo aut leproſi. Ca. LXXIII.

ILle, qui ſanguinem menſtruum, aut leproſi biberit, uidebitur eſſe præſtigiatus, & lunaticus, maleficiatus, & obliuioſus. Et eius cura eſt, potare margaritas tritas, drach. i. cum aqua meliſſæ, & balneari in aqua tepida, & coire cum puella ſecundum legem, & conuerſari, & amplectari cum puellis, & iuuenculis. Et eius bezoar eſt comedere ſerpentes, a quibus caudæ, & capita per palmum ſunt abſciſa.

De morſu hominis ieiuni. Cap. LXXIIII.

ILle qui morſus fuerit ab homine ieiuno, ponat ſuper morſuram ſtercus gallinæ, alioquin patietur hulcus uenenoſum, & difficilis ſanationis.

De morſu ſerpentis ulmo. Cap. LXXV.

ILle qui fuerit morſus a ſerpente ulmo, ſtatim liget locum cum coreo cerui, & deinde ſuperponat theriacam, & de ipſa bibat, & circa cor apponatur ſmaragdus, & corallum, ut margaritas, & locum morſuræ faciat ſugi a ſeruo.

De felle Leopardi. Cap. LXXVI.

ILle cui in potu datũ fuerit fel leopardi patietur accidentia napelli, & uiperæ. Et eius cura, & bezoar ſunt una.

De

De Salamandra. Cap. LXXVII.

ILle, qui biberit Salamandram, patietur accidentia cantharidarum. Et cura eius & bezoar est una.

De lepore marino, aut rana marina. Cap. lxxviii.

ILle, cui lepus marinus, aut rana marina data fuerit in potu, habebit uomitum unctuosum, & totum eius corpus efficitur turgidum, & inflatum, sicut hyposarca, & fœtebit eius anhelitus. Et eius cura est, festiuus uomitus, cum butyro, & aqua mellis, & deinde sumere post illud theriacam diatesseron per tres dies, & cibari carnibus passerum, & potare bonum uinũ. Et eius bezoar est caro uulpus assata, & comesta.

De morsu muris, simiæ, & cattæ. Cap. LXXIX.

QVi uero a mure, et simia, et catta morsus fuerit: super morsuram ponat stercus gallinæ, & curet illud, ut in morsu hominis ieiuni dictum est.

Descriptio bezoarticæ uirtutis ad unumquodque uenenum, & de duabus difficilibus quæstionibus. Caput LXXX.

BEzoar antonomasice dicitur de quodam lapide qui sic uocatur, cuius propria & specifica uirtus ad letale uenenum est, liberans a morte subito, absque ullo medici ingenio. Et ideo de omni medicina, qui liberare potest a morte hominem, ab aliqua ægritudine, uel ueneno: dici potest q; sit bezoar illius morbi, siue sit illa medicina lapis, uel granum uel succus, uel aliqua composita medicina. Et qui illum lapidem habet, tutus est ab omni mortali ueneno. Teritur etiam, & datur in potu de ipso drach. i. Et per ipsum dicunt fuisse

Bezoardica medicina unde dicatur.

Historia.

liberatum

rege Anglico per Bezoar lapidē ueneno liberato.

Bezoarticus lapis qualis.

liberatum regem Angliæ dominum Eduardum in ciuitate Aron, quando uulneratus fuit per Pasiasynum Soldani gladio toxicato. Hunc autem lapidem ei tribuit generalis præceptor templi, & ego consimilem uidi. Est autem rubeus, purulentus, leuis, ut spongia, & frangibilis, ut gypsum. Habet autem quodlibet uenenum, tam minerale, q̃ uegetabile & animale, propriam medicinam oppositam ei, a qua oppositione uirtute specificà fit liberatio mortis ab illo ueneno. Et ideo bezoar est unicuique ueneno illa medicina, quæ absque uirtute elementari curat tale uenenum. Et de quolibet bezoar, iam supra expediui tractatum, in cura cuiuslibet ueneni, in fine descriptionis, ne sit amplius necesse recapitulare tractatum.

De quæstione utrum theriaca &c. Cap. lxxxi.

Est autem quæstio, utrum theriaca magna sit bezoar. i. a forma specifica, liberans a ueneno, an materiæ elementarijs, liberans a complexione, non a forma. Et uoluerunt quidã dicere, ꝗ omnino erat bezoar, fundantes se super ratione Galeni, qui cum Andromachum philosophũ respexisset, qui primo theriacam inuenit, & eam probauit nunquã prodesse, nisi in morbis frigidis, propter oppositionem multarum rerum calidarum, & in morbis calidis propter oppositionem multarum medicinarum frigidarum, quæ ipsa intrant. Et hoc dixit Galenus, illã theriacam Andromachi esse mediam complexione, sed ipse adiungẽs carnes thirorum, & terram sigillatam, fecit eam ualere formaliter ad omne uenenum, licet ad quædam

plus,

plus, & ad quædam minus, & ad quædam singulariter data, & ad quædam cum additione. Alii uero dixerunt, q̄ a complexione elementali agebat, quæcunque in corpore humano operatur, fundãtes se super debilitatẽ operationis suæ, aut penitus uanitate, quando ipsa datur contra napellum, uel contra uiperam, uel contra fel leopardi, & breuiter contra quodlibet uenenum letale secundum specificam formã. In quibus parum aut nihil uidetur conferre, ut dixit Rasis. Solutio autem huius dubitationis est, quod curatio cuiuslibet ueneni quatuor modis contingit, scilicet quia aut frangitur acumen ueneni, aut substãtia eius resoluitur, aut ipsum expellitur, aut ipsum per oppositionem specificam corrũpitur, & ab eo eius uirtus prorsus aufertur. Exemplum primi, est opium, quod frangit euforbium: & castoreum, quod frangit opiũ. Exẽplum secundi, est terra sigillata, & allium, quæ substantiam ueneni, aut per uomitum, aut per sudorẽ resoluunt. Exemplum tertii, est smaragdus, quæ uenenũ fugat & attrahit, usque in extremitates membrorũ. Exemplum quarti, est forma specifica opposita ueneno, quæ in naturalibus inuenitur, ut in lapide bezoar, & in artificialibus, ut in diuina & nobili compositione theriacæ: & permistione omnium singularium medicinarum, simul confectarum resultatione. Et quia in theriaca est uirtus complexionalis, multarum medicinarum, uenenum frangẽtium, ideo bene dictũ est, quod theriaca est medicina complexionalis ad uenena, et ex positione tali resultat res diuina, quæ potius est ab ex

Curatio cuiuslibet ueneni quatuor modis contingit.

H tra,

tra, q̃ ab intus, ſcilicet forma artificialis, quæ omni ueneno opponitur: & ideo bene dictum eſt, quod ipſa bezoar eſt omnibus uenenis, licet magis, & minus. Et licet quædam ſunt, magis bezoar ad quædam uenena, q̃ ipſa. Verum ipſa eſt ad omnia, Et ideo mater omnium medicinarum, a medicis eſt appellata.

Theriaca mater oīum medicinarū.

De lapide Begaar ex Pandectis.

LApis Begaar latine, uel lapis liberans a uenenis arabi. Hager. Begaar. Begaar eſt nomen Perſicum, & eſt expellens nocumentum, & hoc nomen cadit in uim, & eſt, q cadit ſuper omnem medicinā conuenientem alicui ueneno, eo q reſiſtat uirtuti eius, & expellit nocumentum eius propter proprietatem, quæ eſt in eo, & ſecundum q cadit ſuper lapidem notum, qui conuenit omnibus uenenis calidis & frigidis, cum tota ſua ſubſtantia & reſiſtit ei bibitus, aut ſuſpenſus ſuper patientem. Colores lapidis Begaar ſunt multi. Nā ex eo eſt citrinus, uelut puluerulentus, & machaici. Et ille qui participat uiriditati, & ille qui albedini. Melior uero omnibus eſt citrinus, & plus purulentus. Et in hoc differt Exceraſten cū Begaar, et expoſitio eius eſt cōtra uenenū, et minera eſt in terra Sui & Indiæ, & in terris orientis, & multi lapides aſsimilantur ei, qui non habent ſuam proprietatem nec approximant ei, & in operationibus aliquibus, et quidā eſt, qui dicitur cohebori, & marina: et eſt lapis, in quo non unus, ſed multi errant, in alio, qui dicitur chimedes, & eſt lapis multæ bonitatis, mollis tactu mollitiæ ſine ſuperfluitate. Et idē autoritate Raſis Begaar

Colores Begaar lapidis

Virtus &

eſt

est lapis citrinus mollis: nõ habens saporem. Vnde & lapis est uergens ad citrinitatẽ et albedinem, habẽs colorem uini, & est splendens, sicut lumen, & est leuis. Posse Serapio lapis Begaar conuenit uenenis, et quãdo bibitur ex eo pondus duorum granorum hordei, aut linimẽtũ fiat cum eo supra morsus, liberat a morte, et expellit uenenum per sudorẽ, & quando ponitur lapis in annulo, & ponitur in ore illius, qui sumpsit uenenum, et fugit eum aliquãntulum, conuenit. Et quando tãgitur cũ illo lapide aculeus scorpionis, prohibet ab eo potentiã pungendi. Et si teritur ex eo põdus duorum granorum hordei, et dissoluatur in aqua, et ponatur in ore serpentis, suffocat ipsum statim, & occidit. Et ego uidi in ipso sufficientiã, ad auferendũ nocumẽtũ, et erat lapis ille, quẽ uidi habẽs uergẽs ad citrinitatem & albedinẽ, colorem uini, et cũ hoc erat eis, splẽdens sicut lumen. Etiã uidi in eodẽ, sufficientiã illã, quã nõ uidi in alia medicina simplici. Immo q etiã nõ uidi theriacis cõpositis. Vnde lapis iste Begaar cõuenit ueneno scorpionis, et idẽ autoritate Rasis lapis Begaar cõuenit ueneno scorpiõis, quãdo portatur in annulo, et sculpes in eo imaginẽ scorpionis, signo sagittario ascendente, deinde sigilla cum eo olibanũ luna existente in scorpione, qd tritũ exhibe patiẽti ad potandũ, & euadet ab dalla anarach. i. a ueneno. Vidi lapidẽ Begaar amari a custoditore legis dei, & est uerum, quia ipse emit hunc lapidẽ, & dedit in pretium huius palatium Cornubæ in principio guerræ. operatio lapidis bezoar

Finiunt Petri de Abano remedia uenenorum.

SEQVVNTVR CARMINA
De uenenis ex Q. Sereno Samonico.

De uenenis prohibendis.

VT tutus fias infestæ fraude nouercæ,
Vel quicunque tuo carpetur liuidus auctu,
Non expectatis eat obuia cura uenenis,
Ante cibos igitur iuglandis fœtus edatur.
Produnt electri uariantia pocula uirus.
Præterea coctæ querno cum cortice lymphæ.
Conueniunt potu dimersáue ficus oliuo.
Sæpe etiam raphanum prædixit numen edendum,
Antidotus uero multis mithridatica fertur
Consociata modis, sed Magnus scrinia regis
Cum raperet uictor, uilem deprendit in illis
Synthesin, & uulgata satis medicamina risit.
Bis denum rutæ folium, salis & breue granum,
Iuglandesq; duas terno cum corpore ficus,
Hæc oriente die parco consperſa lyæo,
Sumebat metuens, dederat quod pocula matri.

Huius Antidoti & eius cõpositionis meminit Plini. li. 32. c. 8

De uenenis datis.

SI nequit infandum præuertere cautio uirus,
Proximus ille gradus data pocula pellere cura,
Lac asinæ placidæq; bouis prodesse loquuntur,
Betonicam ex paruo sumunt plerique lyæo.
Quod si hederæ succos (quæ truncos implicat altos)
Instilles paruis, poterunt haud ulla nocere
Pocula, quæ quisquam sæuis uitiauerit herbis
Si quis hyoscyamum gustarit lacte capellæ

Exhausto,

Exhausto, rabidos poterit mulcere furores.

Ab homine uel a simia morsis,

SIue homo seu similis turpißima bestia nobis
Vulnera dente dedit, uirus simul intulit atrum,
Betonicam ex puro prodest assumere Baccho.
Necnon & raphani cortex decocta medetur,
Si trita admorsis fuerit circumlita membris.

Serpentium morsibus, & uenenis pellendis.

CVspide non quisquam longe neq; cæde larißæ
Fulmine non gladij, uolucris nec felle sagitta,
Quam nito uipereo potis est affligier ictu.
Quare aptam dicamus opem, subcosq; medentes,
Cui nocuit serpens fertur, caput illius apte
Vulneribus iungi sanat quæ sauciat ipsa.
Vt lariße curatus Telephus hasta.
Proderit & caulem cum uino haurire sabuci,
Aut coctum raphani librum tritumq; ligare
Siue etiam excelsa folium de mole cupreßi,
Mandabit lacteus caprifici succus opellam,
Aut Tithymallus atrox uulnus contrita perungit.
Carduus est nondum doctis fullonibus aptus,
Ex illo radix tepido potatur in amni.
Ceruino ex fœtu commista coagula uino
Sumuntur quæ res membris agit atra uenena.
Aut ferulæ radix potatur in hymbre lyæi
Betonicæue leues gallinæ ant iura uetustæ,
Si uero horrendum uulnus fera iecerit aspis,
Vrinam credunt propriam conducere potu.
(Varronis fuit ista senis sententia) necnon

(Plinius

(Plinius ut memorat) sumpti iuuat hymber aceti.
Dicendum, & quæ sit præcox medicina timenti,
Cautio nanque potest diros præuertere morsus,
Si iecur exectum tardo de uulture portes,
Erucis uel si totos perduxeris artus,
Quas prius attritas uehementi spargis aceto.
Aut tu ceruina per noctem in pelle quiescis,
Aut genere ex ipso dentem portabis amicum.
Toxica præterea qua sint pellenda medela,
Expediam. sanguis poterit prodesse caninus
Qui facili potu antidotos imitatur honestas.
Vis & mirificos cautus prædiscere odores,
Accensis quibus arcetur teterrima serpens?
Aut styracem torres, aut duri uulturis alam,
Vel nepetam, aut frondem rigidæ stirpemq; myricæ,

Ictibus scorpij, & morsibus muris cæci, siue aranei.

SVnt minimæ species, sed diræ uulnera pestis,
Quæ magis in tenui latitantes corpore fallunt.
Scorpius & grauis est & araneus, hæc mala semper
Captant securos multa iam nocte sopores,
Et documenta dedit nobis prostratus Orion,
Magnaq; exiguis perimantur membra uenenis.
Et cum uulnus atrox incusit scorpius ardens,
Continuo capitur tunc digna cæde retusus,
Vulneribusq; aptus fertur reuocare uenenum.
Aut calidis pelagi lymphis loca læsa fouentur,
Siue meri potu dissoluitur improba pestis.

Ad cunctos autem morsus ictusq́; minorum
Caseus aptus erit pauidæ de lacte capellæ,
Cumq́; hoc assumi debebit origanus herba,
Hæc duo mirificis curabunt icta medelis.
Necnon peniculo calidum annectetur anethum.
Aut uiuum sulphur sicca cum fece lyæi.
Exiguo piperis cerebrum consperto galli,
Quo lita sanescunt depulso membra dolore.
Sin autem muris nocuit uiolentia cæci,
Quæ sola signauit uoluentis orbita plaustris,
Illi'ne, mira datur uili de puluere cura.

FINIS.

VENETIIS Apud Ioan. Gryphium.
M D L.



